

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1

[Straßburg?], [um 1720]

Caput secundum

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

Imperativis & Infinitivis Conjugationum derivatarum secunda & tertia classis, ut
 أَنْصَرَفَ *inserefe*, mutatus fuit, أَنْصَرَفَ *insarif*, mutator, أَنْصَرَفَا *insyrāfen*, mu-
 tando, aut mutatione factā, & nominale, quale est in sequentibus decem nominibus
 امْرَأٌ *imreün*, vir: امْرَأَةٌ *imreütün*, mulier: ابْنٌ *ibnün*, filius. ابْنَةٌ *ibnetün*, fi-
 lia: ابْنٌ *ibnemün*, filius: اثنان *ifnāni*, duo: اثنتان *ifnetāni*, duæ: اسمٌ *if-
 mün*, nomen: است *istün*, nates: ايمين *ejmünün*, juramentum. In his ergo omnibus
 voci alicui postpositis *el* initiale vocali suā privat, & que eam sequitur litera vocali
 destituta unitur cum vocali terminante dictionem precedentem, aut servilis prefixa, ut
 يدُ ابْنِكَ *iedübnike*, manus filii tui: بَيْتِكَ *ibnike*, in filio tuo: sic بِاللَّهِ *billāhi*, per Deum.

Si *ro* *l* unionis precedat aliqua literarum اوي quiescens, ea non obstat unioni, ut نَصْرُوا
 كَأَمَلِكِ *naferül melike*, opem tulerunt Regi.

Ob sequens *l* unionis quodcunque affixorum ني & في assumit supra se *fetham*,
 ut كتابي العظيم *kitābijel-æzýmü*, liber meus magnus. *gezma* precedentis litera mu-
 tatur in *kefram*, ut unio possit fieri, ut ضربت الأم *zarebetil-ümmü*, verberavit mater.
 At *gezma* in particula من *min* in *fetham* mutatur, ut من الملك *minel meliki*, à
 Rege. In terminationibus his verbalibus تم *tüm*, و *ew*, itemque affixis كم *küm*, و
 هم *hüm*, mutatur *gezma* in *zamma*, ut غزوا العدو *ghazew* (*ghazewül*
ædüwwe, oppugnârunt hostem. Vide Erpen. & Walm. unde hæc potissimum accepi.

Revoca tibi quoque in memoriam que supra innui, cum de *testid* egi, nimirum lite-
 ram *l* lam articuli hujus, dictionibus ab aliqua ex Solaribus ن ط ظ ل ن ر ز س ش ص ض ط ظ ل ن
 incipientibus prefixi, induere sonum illius literæ solaris, cui ideo superponitur *l*, ut
 الشمس *essemü*, legendum *essemü*, non, ut vulgus, *el'semü*; prefixa verò literæ *l* lam, ferè
 perit, quippe ipso *l* suppletum, ut الليل *ellejlü*, pro الليل *ellejlü*, nox. Sic semper id perit in
 Pronom. relat. الذي *ellezi*, qui, ejusque Fæmin. التي *elleti*, & Pl. masc. الذين *ellezi-
 ne*, non autem in reliquis casibus, quia variores sunt; item cum præfigitur articulo *l* dativi
 casus nota, ut pro ليل *lil-lejlü*, nocti. *el* enim articuli ال *el*, tunc sem-
 per simul perit, adeo ut totus articulus intercidat, sic pro لله *lillāhi*, Deo, &
 propter Deum.

CAPUT SECUNDUM

De genere & motione nominum.

Genus, quod Arabes الجنس *elginsü*, seu *elgins*, ut apud Iberos & Hungaros, sic
 apud Turcas & Persas unicum est & invariabile tam in nominibus substantivis,
 quàm adjectivis, quorum consequenter nulla fit motio. Nam كوزل *güel*, e. g.
 aut خوب *chüb*, significant pulcher, pulchra, pulchrum; sic قرة *kara*, سياه *siyah*,
 significant niger, nigra, nigrum, & sic de reliquis: كوزل ار *güzel er*, pulcher vir, كوزل
 عورت *güzel æwret*, pulchra mulier, كوزل حيوان *güzel haywān*, pulchrum animal. Sic
 substantiva masculina non mutantur in fæminina, uti e. g. in Italica lingua, à Zio, patruus,
 fit Zia, amita; à putto, puer, fit putta, puella, &c. sed aut habent nomina distincta, aut
 significationem suppleant per terminos sexum discriminantes, ut in hominibus per ار *er*,
 & عورت *æwret*, كيز *kiz*, vel ديشي *disi*; in cæteris animantibus per ار كك *erkek*,
 ديشي *disi*, ut, ار اوغلان *er oghlan*, puer, كيز اوغلان *kiz oghlan*, puella: ار فرنداش *er kær-
 ryndas* (vul. kardas) frater: كيز قرداش *kiz keryndas*, soror: ار كك ارسلان *erkek arf-
 lan*, Leo, ديشي ارسلان *disi arslan*, Leona. Quædam tamen, ut dixi ipso nomine di-
 scriminantur, e. g. اوغل *oghul*, filius, (licet etiam filiam significare possit) كيز *kiz* filia:
 بوغا *bugha* vel بوغا *bogha*, taurus, اينك *inek*, vacca: خروس *choros*, gallus, تاوق *gal-
 lina*: كوپك *kopek*, canis masculus, كنجك *kanjik*, canis fæmina. Idem

Idem in Perficis contingit, ut نر گاو *ner gāw*, bos, ماده گاو *māde gāw*, vacca; sapius tamen postponuntur illa نر *ner*, mas, & ماده *māde*, fœmina: شیر نر *širī ner*, Leo, شیر ماده *širī māde*, Læna, &c.

¶ Verùm Arabibus genus est duplex masculinum مذکر *muzekker*, & fœmininum مؤنث *müennes* dictum.

Fœminini generis sunt ex significatione nomina mulierum, regionum, urbium, geminorum membrorum, ut مریم *merjemü*, Maria, أم *ümmün*, vel *ümm*, mater (parcendo enim typographorum labori nunnationes & vocales finales studio omitto in separatis sic nominibus) مصر *mysyr*, Ægyptus, يد *ied*, manus, عين *ajnu*, oculus, & insuper hæc أرض *arz*, terra: خمير *chemr*, vinum: بئر *biir*, puteus: نار *nār*, ignis: ريح *ryh*, ventus: نفس *nefs*, anima: شمس *šems*, Sol, & pauca alia. Ex terminatione desinentia in ة *etün*, seu *ö et*, ut جنة *ğennet*, hortus; ظلمة *zülmet*, tenebræ; & in hanc moventur Adjectiva, absque ulla masculini mutatione, ut طيبة *tejjibet*, Turcis etiam طيبة *tejjibe*, bona, طيب *tejjib*, bonus. Rarissimè & masculina occurrunt hujus terminationis, ut خليفة *chalifet*, seu خليفة *chalife*, Summus Imperator, & Vicarius, quod tunc est *ö* seu *ä* *éğoxās*, semperque notat supremam præcellentiam. Item desinentia in آ, ut مشيوخا *mes-jüchā*, multitudo senum, senes; atque in hanc movent Fœmininum Adjectiva positiva formæ أنصر *enser*, ut صفرا *səfrā*, flava, ab اصفر *æsefer*, flavus, scil. abjecto l initiali, & promotis vocalibus. Porro desinentia in ي servile quiescens instar ā, ut ذكري *zikrā*, recordatio: atque hanc terminationem in fœminino sumunt Comparativi & Superlativi, ut & adjectiva quaedam formæ نصير *nasyr*; & forma horum Fœmininorum est نصري *nusrā*, ut طولی *tūlā*, longior, vel longissima, ab اطول *atwel*, longior, vel longissimus. Sic كبرى *kubrā*, major, vel maxima ab اكبر *ekber*, major, vel maximus. Huc pertinet احدى *yhdā*, una, ab احد *ahed*, unus. Eadem terminatio Fœm. formatur interdum ab Adjectivis formæ نصران *nesrān*, & tunc forma fœm. est نصري *nesrā*, ut غضبي *ğhəzbā*, irata, & غضبان *ğhəzbān*, iratus.

Nota, quod motio sub prima terminatione fœminina etiam accidat Substantivis quibusdam masculinis sexum significantibus, ut رجل *regiül*, vir: رجلة *regiület*, mulier: فتى *feten*, seu *fetā*, puellus: فتاة *fetāt*, puella. Item substantivis masculinis significantibus res habentes partes homogeneas, fœminino tunc partem illarum significantem, ut ذهب *zeheb*, aurum: ذهبة *zehebet*, seu *zeebet*, particula auri. Cum autem neutrum genus Arabes non agnoscant, hinc pro Adjectivis neutris substantivè usurpandis adhibent Fœm. ut واحدة تعوزك *wāhydetün te-üzüke*. Unum decet tibi.

Reliqua omnia sunt masculina, nisi quod quinque hæc forma masculinorum sub eadem terminatione ferè generis communis sunt, nimirum منصور *nasür*: منصر *minsar*: منصور *minsār*: منصر *minsyr* activè sumpta, ac نصير *nasyr* passivè sumpta. Rarius tamen in Fœm. assumunt *ö* *ä*, ut مسكين *miskin*, pauper, مسكينة *miskinet*, pauper fœmina. Sic literarum nomina sunt generis communis, ut الف *elif*, با *bā*, sapius tamen fœminina.

CAPUT TERTIUM

De numero & casu.

Numerus عدد *aded*. صاغش *saghys* i. dictus apud Turcas Perfisque duplex est, singularis, qui مفرد *müfred*, & Pluralis, qui جمع *ğem* dicitur. Fit Pluralis Turcicus additâ particulâ ل *ler*, ut ات *et*, caro, اكل *etler* carnes.

Numerus autem pluralis fit apud Perfes additis nominativo particulis آن *vel* ها *hā*, nimirum in nominibus hominum cæterorumque animantium additâ terminatione آن *ān*, ut مرد *merd*, vir, مردان *merdān*, viri: شاه *šāh*, Rex, شاهان *šāhān*, Reges: زن *zen* fœmina, mulier, زنان *zenān*, mulieres: دیگر *diger*, alius, دیگران *digerān*, alii: همراه *hemrah*, comes itineris, همراهان *hemrahān*, comites itineris. Terminata autem vocali nostrâ ā vel ū, seu literis l *elif*, aut و *waw* quiescentibus post homogeneas vocales, ante